



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

LXXXI. Quatenus Christi & Sanctorum imagines sint colendæ?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

Iaque finis determinat cultum imaginis; non qualitas imaginis in homine vi-  
no, aut in statua insensili.

VI. Imago Regis est venerabilis, quia  
Regis est; ergo & Christi, & Sanctorum.  
Item est capax iniuriaz ac contumeliaz:  
ergo & honoris.

VII. Iustè idola destruxit Theodosius; quia falsorum erant Deorum: ergo  
vere Sanctorum icones iustè colit Chri-  
stianus.

VIII. Iconomachi fuerunt Iudei, aut  
Mahumerani, aut Nicromantici, aut  
Heretici, id est, impii, athei. At defenso-  
res imaginum viri Sancti. His igitur, nō  
illis erendum. Nec enim Deus per  
inimicos Dei docet Ecclesiam Dei. Nam  
qui non colligunt mecum, dispergit. Luc. 11.  
Odit autem diabolus imagines; tunc i-  
gitur iconoclastæ ex parte diaboli. Vide  
Bellarm. & meam Genealogiam part. I.  
qwest. 24.

#### Q VÆSTI O LXXXI.

*Quatenus Christi & Sanctorum ima-  
gines sint colenda?*

L V T H E R O - C A L V I N I S T I S , si ve-  
lint, informandis; Orthodoxis con-  
firmandis, sit quæstio haec. Quiddam  
honoratur trifariam, Per se, vel per Acci-  
dens: Propter se, vel aliud: Propriè, vel  
impropriè. 1. Per se, rei suppositum,  
cui inest ratio venerationis: Ut Rex per  
se, vt quis: Regia dignitas, per se hono-  
ratur, vt Qua: Purpura per accidens.  
2. Propter se res honoratur, cuius ra-  
tio venerationis non aliunde Pendet:  
Ut rationalis natura. Propter aliud ea,  
cui inest ratio honoris, sed quæ ab alio

dependeat: Ut imago Christi vel San-  
ctorum. 3. Propriè honoratur, quod  
verè suipiuslatione honoratur; impro-  
priè, quod loco alterius colitur. Vi cū  
funus per statuam alicui ducitur absente  
corpo: Ceu Traianus mortuus tri-  
umphauit Romæ, statua circumiecta.  
Ex his subiectas assertimus concusio-  
nes.

I. *Imagines Christi & Sanctorum ve-  
nerandas sunt non solum per accidens & im-  
propriè; sed etiam præviè, sic ut terminent  
ipse venerationem in se, non tantum ut vi-  
cem gerunt exemplari.* 1. Quia Conc.  
VII. act. 7. dicit esse venerandas; sed nō  
latratiæ. 2. Quia quod dicitur im-  
propriè, potest simpliciter negari: si ergo  
impropriè solum venerandæ forent ima-  
gines: posset simpliciter negari esse ve-  
nerandas; quod Conc. VII. damnat.  
3. Decernit id: m. esse venerandas ut  
Euangelium, & sacra vata. Quia eis  
inest quid sacrum, scil. imago, & dedica-  
tio facta cultui diuino.

II. *Non sunt imagines adoranda la-  
tentiores propriè; impropriè tamen & per  
accidens potest coli, ut prototypon; du-  
pro exemplari accipitur imago & cultus  
mente refertur ad exemplar: ita D. Tho.  
3. q. 25. a. 3. Idque non ratione mate-  
ria, aut formæ; sed solius actualis repræ-  
sentationis.*

III. *Nulla imago per se & propriè, eo-  
dem adoranda est cultu, quo exemplar i-  
psum.* 1. Sic Concilia, & Patres. 2.  
Quia latratiæ soli Deo sic debetur. Exo 20.  
Deos aureos & argenteos non faciatis mecum.  
Quia imago est inferior exemplari: ergo  
nec cultu latratiæ est colenda pari. Non  
cultu interno; qui est apprehensio ut

R. pri-



primi Principii: Non externo latreutico; qui est sacrificium. 3. Quia heresis fuit, teste Irenæo l. 1. c. 24. Epiph. heresi 27. Aug. her. 7. asserens eum cultum imaginoibus. Nam Deus est, quod imago docet; non est Deus ipsa. Vnde, O Crux aures unica: id est, Christe crucifixe. Sicut iudeo. 32. Audite cari, que loquor. Ita istud, Salve Crux pretiosa; prolopopœcia est, desiderans fructum Crucis.

IV. Cultus per se proprius imaginum est guidam Imperfectus, qui analogicè reductus ad speciem eius cultus, qui debetur exemplari. Species autem cultus religiosi sunt, Latria, Hyperdulia, Dulia; quæ debentur naturæ intelligenti. Quia sicut habet imago se ad suum exemplar, ita se habet cultus imaginis ad cultum exemplaris: Sed imago est ipsum exemplar analogicè, & secundum quid: ergo & cultus imaginis esse debet secundum quid.

#### Q V A E S T I O LXXXII.

An Crux Christi sit veneranda,  
& quatenus?

LUTHERANI æquè ac CALVINIANI inimici Crucis Christi, successores damnatorum heresiarcharum, ex suo Magistro ista didicere LUTHERO to. 2. Wittenb. fol. 539. Si in campo conficerem vexillum Crucis, et si ipse foret crucifixus, fugerem ab eo haud secus, ac si me diabolus insequeretur: Idem in Postilla fol. 148. Utinam nulla unquam corona spines, aut crux extitisset. Si que particula S. Crucis mihi donaretur, foretque in manu mea; equidem isthac continuo conderem, ubi nec sol ipsam videret. Quodque de Cruce dico, idem de quibusunque Reliquie dictum volo. Idem tom. 7. Wittenb. fol. 393. Flammis deslagrē omnia festa Crucis. Idem tom. 2. VVittenb. fol. 4. Meus Carolstadtus cum prophetis suis.

vociferantur, & incendunt vulgus dicentes: scia, diseca, distrahe, discerpe; duerterea, affringe, transfode, abyce, conculta, alapai infaci, em idolis infringe. Vides Crucifixum; in fiam illi insue.

LUTHERANIS dictum, factum Calvinianis. Quorum argumenta cum responsibus repeate ex mea Genealogia part. i. questione 24.

S V A D E N T C A L V I N I S T A E porro istis apud Scharpium in Cursu Theol. 1. Adoranda Crucis nec præceptum est nec exempli in Scripturis. 2. Latreutica adoratio sola Dei est: ergo eam tribuere Crucis est hanc cere Deum.. 3. Si ei ob Christi conditi debetur adoratio: ergo magis ventri Matris, & asino palmario, & ludæ labiis, &c. 4. Crucis quam Resurrectioni, plus tributum hoc Crucem tuam adoramus, Resurrectionem glorificamus. 5. Christi Humanitas separata à Divinitate, non esset Latriæ cultu adoranda: minus ergo Crux. 6. Sp. Sancta est in baptismo; nec tamen ibi adorandus est, go minus Crux.

A V T O R . Tribus omnia complicitar: 1. Veneranda est ipsa crux Christi: 2. Omnis Crux: 3. Et signum Crucis.

I. Lignum Crucis venerabile est.  
1. Quia eam Christus elegit sponte, non invitus; Vti Aram sui Sacrifici, Numini placando; Vti Scalam sibi ad regnum: Vt instrumentum liberationis nostræ; Vt tropœū triumphi de diabolo deuidio: Quibus ille mirificum eicouultit honorem. De quibus singulis S. Scripturæ testimonia require in meo Antichristo p. 1. q. 25.

2. Quia Mysteria S. Crucis sunt veneratio dignissima. De quibus Eph. 3. Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, que sit latitudo, & longitudine, & sublimitas, & profundum.

3. Quia

